



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Fomes in Deipara à sui Conceptione extinctus, n. 24

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Virginis
impecca-
bilis va-
rie signifi-
catur.
Exod. 25.
Psal. 45.

petuo duratura. Hanc Virginis impeccabilitatem ligna fetim ob impurabilitatem tantopere celebrata significabat, ex quibus constabant atca foederis, & metula patris Exod. 25. quae Virginem, ut dixi capit 5. adumbrabant. Quam impeccabilitatem Regius Propheta Ptal. 45. illis verbis praedixit: Deus in medio ejus non commovebitur, & quasi reddendo rationem subjicit: Adjuvabit eam Deus mane die luculo, nimirum statim initio; quo indicat auxilium oportuno tempore, nimirum in ipso puncto immaculatae Conceptionis eidem Virgini concessum.

Virginis
ex impecc-
cabilitate
praestantia
Clemens
Alexand.
Nazianz.

Ex quibus praestantiam sanctissimae Virginis intelligere possumus, siquidem Clemens Alexandrinus lib. 1. paedag. cap. 2. Optimum, inquit est, nullo modo peccare perire, quod quidem esse dicimus. & Nazianzenus orat. 4. Eum, inquit, vita statum, qui omni profusus peccato vacent, Deus supra humana naturam modum constituit. Et tamen singulari privilegio Virgini hoc communicare voluit.

Virgo An-
gelici &
Sanctos in
impecca-
bilitate
superat.

23 Ex dictis infero, ut initio hujus cap. dicebamus, a Virgine, quod quidem pertinet ad hanc firmitatem, qua proximè Deo semper adhæsit, non solum homines sanctitate praeclearis, sed etiam Angelos omnes, antequam illi beatitudinem consequerentur, longè fuisse superatos: nam licet aliqui insignes Sancti confirmati fuerint in gratia, utpote Apostoli in die Pentecostes; omnes tamen originale peccatum contraxerunt, & a venialibus etiam post confirmationem in gratia non si ère immunes, ex Tridentino Concil. sess. 6. cap. 11.

Trident.
Concil.

Angeli quoque Sancti dum erant in via, ut Theologi scholastici loquuntur, antequam per beatitudinem confirmarentur in bono, licet non peccaverint ex dono gratiae efficacis, & perseverantiae à Deo ipsis collato, ut ex Augustino colligitur 12. de Civitate cap. 9. & Gregorio lib. 34. moral. capit. 37. tamen non dicuntur confirmati, ut colligitur ex S. Thoma 1. part. q. 95. art. 1 ad 3. & ex Alberto, ut dicimus, sicuti fuit Virgo sacratissima, quae non tantum ex singulari benevolentiae studio, quò eam Deus prosequebatur, sed etiam quia futura erat Mater Christi immaculata, amplissimam firmitatem, ac in Deo stabilitatem, seu confirmationem in gratia per dona specialia copiosissima ab ipso Deo est adeptà. Huc spectat, quod ex Alberto Magno dicitur S. Antoninus 4. part. tit. 15, cap. 44 § 7.

Ratio Al-
berti in
impeccabi-

vbi probat charitatem Virginis fuisse magis inextinguibilem, ut ipse dicit, charitate Seraphim his verbis: Inextinguibilem, inquit: habuit Beata Maria super Seraphim, quod sic probat Albertus Magus inextinguibile est quod non cessat, nec potest modo cessare, nec unquam potuit cessare, quàm quod non cessat, nec potest cessare, sed tamen potuit aliquando cessare, sed charitas Seraphim, si non potest modo, potuit tamen aliquando cessare, scilicet in prima eorum conditione. quod patet per exemplum Luciferi, qui secundum B. Gregorium supremus fuit de ordine Seraphim, qui à charitate sibi collata cecidit de caelo: sed charitas B. Mariae nunquam potuit cessare, quod ostenditur per hoc, quia charitas non potest cessare, nisi per mortale peccatum, sed nunquam potuit peccare mortaliter, quia in utero sancti secuta, antequam posset peccare per ipsam sanctificationem ista fuit confirmata in gratia, & charitate, quod postea peccare non potuit etiam venialiter, unde nec amittere charitatem, quod tamen potuerunt Seraphim agere, & de facto aliqui amiserunt, scilicet Lucifer cum suis, ergo Beata Maria in hoc omnes excellit. huc usque S. Antonius ex Alberto Magno. Quid tamen addat donum confirmationis in gratia Virgini in tanta plenitudine collatum, ut ne venialiter quidem peccare potuerit, supra donum perseverantiae efficacis Angelis sanctis concessum, cum quo in sensu composito infallibiliter non poterant à gratia finaliter excidere, non est huius loci docere, videndi sunt Theologi in 1. 2. & Suarez lib. 3. in primam partem cap. 10.

FOMES IN DEIPARA A SVA
Conceptione extinctus.

24 Circa fomitem verò quando in Virgine fuerit extinctus suppono ex 1. 2. F. n. tem, seu concupiscentiam esse appetitum sensitivum iustitia originali, vel simili dono, supernaturali non cohibitum seu re-frenatum, quatenus inordinatè, & absque rationis consensu sensibilia interdum appetere potest, quae concupiscentia aliquando ab Apostolo appellatur peccatum Rom. 7. quod habitas in me peccatum, non quod verè in renatis sit peccatum, sed quia ut docet sacrum Concilium Tridentinum sess. 5. Ex peccato est, & ad peccatum inclinatur quod docuerat Augustinus lib. 1. de nuptiis & concupiscentia cap. 23. & est relicta in bapuzatis ad agoniam: Qui

Fomes
quid sit
& quomodo fuerit
in Virgine
extinctus
Rom. 7.
Concil.
Trident.
August.

enim legitime contraxerit coronabitur. Hæc eadem concupiscentia à Magist. sent. in 2. dist. 30. dicitur: *Lex membrorum*; juxta illud Rom. 7. *Invenio in membris meis aliam legem repugnantem legi mentis meae*; dicitur, *languor natura*. Et tyrannus quod idem docuit Augustinus ser. 12. de verbis Apostoli, ubi de hac concupiscentia loquens: *Ego, inquit, quicquid in me rebellet aduersus mentem meam, & litigat mecum delectatione contraria omnino interficere volo. Et si forte audiuante Deo non consentiam, nolo habere cum quo litigem, multum est mihi optabilis inimicum non habere quam vincere.* hæc Augustinus.

His præmissis omnes Theologi consentiunt, in Virgine ex diuina gratia, & peculiaribus auxilijs, nunquam fuisse actum fomitis, cum dicat aliquid indecens, & inordinatum præueniens rationem. ut propterea Richardus Victorinus lib. 2. de Emmanuele c. 29. illud Plal. 45. *Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad finem terra.* de Virgine explicet: *Quæ est, inquit, terra ista, de qua bella omnia sine tenus auferuntur, nisi illa de qua idem Propheta, Veritas de terra orta est, de hac terra omnis pugna tollitur, in hac pax plena reparatur.* & c. 13. In ceteris, inquit, *Sanctis magnificum habetur quod à vitijs non possint expugnari; in Virgine mirificum videtur, quod à vitijs non potest ipsa, vel in moisco impugnari.* hæc ille.

Fomes 23 Difficultas tamen est quomodo fuerit sublatus, quæ in re S. Thomas 3. part. quæst. 24. art. 3. in corp. & art. 4. ad 1. cum Richardo à S. Victore cum Alberto, & Bonauentura: dicit, fomitem in Virgine per abundantiam gratiæ in prima sanctificatione acceptam, & perfectius per diuinam providentiam sensuualitatem ab inordinato motu prohibentem remansisse ligatum: sed quando Christum concepit, tunc omnino fuisse extinctum. Ratio eius est, quia non deicit aliquem à fomite totaliter liberari, donec Christus carnem sanctam acciperet, sicut ante Christum nullus hominum ad gloriam beatitudinem est admissus. At verò contrarium sentit Alesius in 3. part. quæst. 9. memb. 2. artic. 5. ubi docet in prima sanctificatione purgatam Virginem à fomite, ita quod nihil in persona sua remansit purgandum, Cum Alesio consentit Scotus, Gabriel, Almagnus, Mayo, qui in sermone de B. Virgine dicit fomitem in Virgine solum fuisse

extinctum, sed etiam ut perfectam eius extinctionem indicet, fuisse autem eradicatum. consentit etiam Suarius tom. 2. in 3. part. disput. 4. sect. 5. & Barrada lib. 6. cap. 3. & hæc sententia mihi maxime probatur; Dignitati enim Deiparæ magis congruit: si enim Deus optimus fomitem in Virgine impedire voluit in actu secundo, ut Theologi loquuntur, cur reliquisset in actu primo? qui sonat aliquid imperfectum, & de se, nisi impediatur, ad malum inclinatur, quo carere optabat S. Augustinus, ut dixi. Nam ex D. Thoma in 2. dist. 32. quæst. 1. art. 1. ad 4. simpliciter loquendo, melius est homini fomitem carere, quam ipsum habere, sed quo ad aliquid, & quantum ad aliquem statum hominis expedit, ne in superbiam elatus cadat. Præterea juxta illud Anselmi cap. 18. de Concept. Virg. *Deest Virgini ea puritate nitere, quæ maior sub Deo nequit intelligi.* Deinde Virgo in sua immaculata Conceptione accepit virtutes per se infusas, & septem dona Spiritus sancti, in quibus tantumquam in septem columnis firmissimis *Proverb. 9. adificata est*; accepit præterea virtutes morales, & per accidens infusas valde perfectas, ut recte probat Suarez disput. 4. sectio. 2. quibus appetitus sensitivus intrinsecè perficitur, & adjuncta Dei providentia per sua auxilia, ut concedit sanctus Thomas artic. 3. perfectissime ordinabatur. Hinc infero fomitem omnino fuisse extinctum. Quod si contentas aliquid aliud requiri, illud dicimus ab initio collatum Virgini, ut iste tyrannus, & hæc concupiscentia, de qua Apostolus ad Rom. 7. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs ejus,* in Virgine non solum non regnari, sed ne habitaret quidem, ut animaduertit Richardus loco citato. Ad hæc, in sententia illorum, qui negant Virginem cum originaliabe conceptam, multò magis hoc affirmandum est, ut sicuti ex Domo Sarcæ eiecta est ancilla Agar cum filio; ita à Virgine peccatum originale cum filio suo, qui est fomes, diuinitus sit exclusum. Atque hoc tantum abest, ut Christi dignitati aliqua ex parte deroget, ut efficaciam meritum eius, & charitatem erga illam, quam sibi in matrem elegerat; magis commendat: sicuti enim anima Virginis peccatum originale non contraxit ante Christi Incarnationem, non

Mayro

Suarius, Barrada.

August. S. Thom.

Suarez.

S. Thom.

Rom. 7.

Richard.

Notandum exemplum Genes. 20. Fomitio extinctio in Virgine non derogat Christi excellentiam

zamen sine meritis Christi, idem de carne Virginis ab omni fomine ab initio liberata dicitur: nec est idem de perfectione gloriæ, quæ spectat ad terminum, in quo primus omnium Christus in anima, & corpore constitui debuit. hæc autem fomitis extinctio est perfectio accommodata viatorum, atque adeo ei communicabilis.

DVBITATIVNCVLA, AN DEIPARA IUSTITIAM ORIGINALIEM HABUERIT.

Nam Dei para habuerit iustitiam originale Suarez.

VLTERIUS quærit quispiam, num fomes in Virgine fuerit extinctus per donum iustitiæ originalis hoc autem petit quæstio illa, num Virgini in sua immaculata Conceptione tributa fuerit iustitia originalis, de quo agit Suarez disp. 4. Sect. 6. & Barada libr. 6. cap. 3. & citant nonnullos graves auctores, quorum aliqui solum indicant alii expressè sentiunt, Virgine habuisse iustitiam originalem.

Ad quod breviter dico. Iustitiæ originalis tres fuisse effectus ex D. Thom. 1. par. quæst. 95. artic. 1. videlicet per eam ratio subdatur Deo, rationi autem vires inferiores, & corpus animæ. Virgini verò datum fuit donum originalis iustitiæ, non ex vi suæ originis, sed ex singulari privilegio quo ad præcipuos, & quasi formales effectus eius, qui sunt, subdere rationem Deo, & potentias inferiores rationi atque ita per hoc donum fomes extinctus fuit. Quantum vero ad mortem, & similes poenaltates, quæ de se non inclinant ad malum, quas etiam Christus assumpsit, ut docet D. Thom. quæst. 27. artic. 3. ad 2. has Virgo habuit, ut filio esset similis, & ne caret magno merito ex eandem perfectione, ut pluribus explicat Suarez. Atque hæc dicta sunt de Virginis stabi in Deo similitate.

VIRGO SANCTISSIMA DEIPARA PRÆ ALIIS PVRI creaturis Deum in se excepit, atque ad homines detulit, eique maximè vicina fuit, tum ante Christi incarnationem, tum præcipuè in ipsa incarnatione, cum ex ea Christus Dominus corpus suum, quod in cruce pro nobis est immolatum, & in sanctissima Eucharistia nobis exhibetur, suscepit.

CAPVT VIII.

SVMMARIVM.

- Deipara sanctitas ante Christi Incarnationem, & quomodo Deo ex voto consecrata fuit in templo num 6*
- Deipara cum Christo vicinitas in Incarnatione, & de mirabili mysterio Incarnationis numero 13.*
- Christi humanitas sacratissima vestimenti metaphorâ significatur.*
- Corpus Christi quod in Eucharistia exhibetur, in Incarnatione ex Deipara formatum numero 19.*

S. Thom. Dionys.



TERTIA Thronorum Angelicorum ad materiales sedes (ut loquitur S. Thom. convenientia in eo posita est, teste Dionysio c. 7. cæl. hiera. & S. Thom. 1. part. quæst. 103. art. 5. ad 6. & art. 6. quia sedes suscepit sedentem, qui

in ea deferi potest, nihilque sedenti vicinior est sua sede: quod quidem in Thronis, qui sunt, tertius ordo supremæ hierarchiæ, ut explicant locis cit. Dionys. & S. Thom. reperitur. Hoc verò totum singulari ratione præ omnibus puris creaturis, quamvis Virgini Deiparæ inesse ita in confesso sit apud omnes, ut probatione non egeat; atque adeo ex hac parte sedis Dei nomen illi singulari ratione inieciprimo sit tribuendum: nihilominus tamen eadem hoc eximias Deiparæ laudes contineat, in eiusdem honorem in præsentia accuratè id mihi ostendendum existimavi. Pro eius declaratione illud præmitto; Thronos Angelicos adeo familiariter ex Divo Tho. 1. part. quæst. 103. art. 6. suscipere Deum, ut in eis inhabitare dicatur immò hæc inhabitatio divina, ita in nomine Thronorum importatur, ut S. Thomas 1. part. quæst. 109. art. 1. ad 3. investigans rationem, quare cum dæmones de singulis ordinibus Angelorum, etiam Throno

S. Thom. Cur dantur Thronis nomen nunquam tribuitur.